GNeus Duellius primo punico bello dux contra carthaginẽses missus: cum uideret eos multum mari posse classem magis ualidam quam dcoram fabricauit. Et quas coruos uocauere manus ferreas primus oĩum cum irrisu hostium instituit: quibus interpugnandum hostium naues apprehendit: qui uicti & capti sũt. Himilco dux classis Carthaginẽ fugit. & a senatu quæsiuit: quid faciendum cẽseren t. Omnibus ut pugnarẽt acclamãtibus: feci ĩqt: & uict⁹ sũ. Sic pœnã crucis effugit. Nam apud pœnos dux male re gesta puniebat. Duellio cõcessũ ẽ ut prælucẽte funali & præcinẽte tibicine a cœna publice rediret. Ca. xxxviii

ATtilius Collatinus dux romanorum aduersus carthaginẽses missus maximis &

munitissimis ciuitatibus ætna drepano lilybeo hostilia præsidia deiecit Panormũ cœpit. Totã que siciliã peruagatus paucis nauibus magnã hostium classem duce Hamilcare superauit. Sed cum ad Cecinã ab hostibus obsessam festi naret a pœnis in angustiis clausus est. ubi mi litib' Calphurnius per flamas acceptis trecen tis in superiorem locum euasit: consulem libe rauit: Ipse cum trecẽtis pugnans cecidit: & po stea ab Attilio semianimis inuentus est. Et sa natus magno postea terrori hostibus fuit. Atti lius gloriose triumphauit. Capitu. xxxviiii.

M. Attilius Regulus cõsul fusis Salẽtinis triumphauit. Primusque romãorum du cum in africã classem traiecit: Duce Car thaginensium Hamilcare naues longas tres & sexaginta accepit. Oppida ducenta. & hominũ ducenta millia accepit: absente eo: coniugi & liberis eius ob paupertatem sumptus puplice datus. Mox arte Xantippi lacedæmonii merce narii militis captus in carcerem missus Lega tus de permutãdis captiuis Romam missus da to iureiurãdo: ut si non impetrasset ita demũ rediret. In senatu conditionem disuasit. Reiec tisque a se coiunge & liberis Carthaginẽ regres sus ubi in arcam ligneã coniectus clauis intror sũ adactis uigiliis ac dolore punitus est. Ca. xl.

Q. Luctatius Catullus primo punico bel lo trecentis nauibus aduersum pœnos profectus: sexcentas eorum naues com meatibus & aliis oneribus impeditas: duce Hi milcone apud ægades insulas inter siciliam & africam depressit aut cepit. Finemque bello imposuit: pacẽ petentibus hac conditione con cessit. ut Sicilia, Sardinia: & cæteris insulis itra

Italiam africamq; decederent. Hispania citra. Hiberium fluuium abstinerent. Capitu.xli.

HAnnibal Hamilcaris filius undecim annos natus a patre aris admotus odiũ in romanos perenne iurauit. Exinde soci⁹ & miles in castris patris fuit Eo mortuo causã belli quærens: Saguntum romanis fœderatam ĩtra sex menses euertit. Tũ alpibus patefactis ĩ Italiam traiecit. P. Scipionem apud Ticinium Sempronium Longũ apud Trebiam. Flaminiũ apud Transimenum. Paulum & Varronẽ apud Cannas superauit. Cumque urbẽ capere posset in campaniam diuertit: cuius delitiis elanguit & cum ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset: tempestatib⁹ repulsus: primum a Fabio Maximo frustatus: deinde a Valerio Flacco repulsus: a Graccho & Marcello fugatus: ĩ africã reuocatus a Scipiõe superatus. ad Antiochum syriæ regẽ confugit: eumq; hostem romanis fecit quo uicto ad Prusiam Bithiniæ regem cõcessit. Vnde Romam legatiõe repetitus hausto quod sub gẽma anuli habebat ueneno absumptus ẽ. Positus apud Libissam in arca lapidea in qua hodie quoq; inscriptum est

HANNBAL HIC SITVS EST. Capit.xlii.

FAbius Maximus cunctator ut uerucos⁹ a ueruca in labris. Ita ouicula a clementia morum consul de Liguribus triumphauit. Hannibalem mora fregit Minutiũ magistrum equitũ imperio æquari sibi passus est & nihilominus periclitanti subuenit. Hannibalem in agro falerno inclusit. Manlium Statilium transfugere ad hostes uolentem equo & armis donatis retinuit. Et Lucano cuidã fortissimo ob amorẽ mulieris in frequenti eãdẽ em

ptam dono dedit. Tarentũ ab hostibus recepit Herculis signum inde translatum ĩ capitolio dedicauit. de redẽptione captiuorum cũ hostibus pepigit. Quod pactũ cũ a senatu improbaret: fundum suũ ducentis millibus uendidit: & fi dei satisfecit. Capitu. xxxxiii.

SCipio Nasica a senatu uir optimus iudicatus matrem deum hospitio recepit is cum aduersũ auspicia consulẽ se a Graccho nominatũ cõperisset. magistratu se abdicauit. Censor statuas quas sibi quisq; in foro per ambitiõem ponebat sustulit. Consul Delminũ urbem Dalmatorum expugnauit: Imperatoris nomen a militibus: & ab senatu triũphum recusauit oblatum. Eloquentia primus: iuris scientia cõsultissim⁹: ingenio sapientissimus. Vnde uulgo Corculum dictus. Capitu. xxxxiiii

MArcellus Viridomarum Gallorum ducem singulari prœlio fudit. Spolia legit apd̃ nolã Hannibalem primus locorũ angustia adiutus uinci docuit: Syracusas per tres annos expugnauit. Et cum per calumniam triũphus a senatu negaretur. De sua sententia ĩ albano monte triũphauit: quinquies consul: insidiis Hannibalis deceptus: & magnifice sepult⁹ Ossa Romam remissa a prædonibus intercepta perierunt. Capitu. xxxxv.

HAnnibale Italiam deuastante ex responso librorum Sibylinorum mater deum e Pessimõte accersita cum aduerso Thiberi ueheret repente in alto stetit: & cum moueri nullis uiribus posset. ex libris cognitum est: castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia uirgo uestalis falso ĩcestu suspecta deã orauit: ut si pudicã sciret seq̃ret

& zona imposita nauẽ mouit. Simulacrum ma tris deum aduexit. Templũ ædificauit Nasica: qui uir optimus iudicabatur. Cap. xlvi.

M. portius Cato genere Tusculanus a Valerio flacco Romam solicitatus. Tr. militũ in sicilia. Quæstor sub Scipione fortissim⁹: prætor iustissimus fuit. In prætura sardiniam subegit ubi ab Ennio litteris græcis institut⁹ Consul celtiberos domuit: & ne rebellare possent litteras ad singulas ciuitates misit: ut muros diruerent: cum una quæq; sibi soli impari putaret fecerũt. Syriaco bello Tr. militum sub M. Attilio Glabrione occupatis Thermopylarũ iugis præsidium hostium depulit. Censor Lucium Flaminium consularem senatu mouit: q̃ ille in Gallia ad cuiusdam Scorti spectaculum eiectum quẽdam e carcere in conuiuio iugulari iussisset Basilicam suo nõie primus fecit: matronis ornamenta erepta oppia lege: repetẽtib⁹ restitit Accusator assiduus malorum Galba octogenarius accusauit. Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus Carthaginem delendam censuit post octogĩta annos filium genuit. Imago h⁹ funeris gr̃a p̄duci solet. Cap. xlvii

Hasdrubal frater Hannibalis ingentibus copiis in Italiam traiecit. Actumq; de romano imperio erat: si coniungere Hãnibali copias potuisset. Sed Claudius Nero: qui ĩ Apulia cum Hannibale castra coniunxerat relicta in castris parte cum delectis ad Hastrubalẽ properauit. Et se Liuio colegæ apud Senam oppidum: & Methaurum flumen coniunxit. Amboque Hasdrubalem uicerunt. Nero regressus pari celeritate qua uenerat: caput Hasdrubalis ante uallum Hannibalis proiecit. Quo uiso ille

uinci se fortuna Carthaginis confessꝰ. Ob hæc Liuius triumphans Nero ouans: urbem intro ierunt. Capitulũ. xlviii.

SCipio ex uirtutibus cognominatus Africanus Iouis filius creditus. Nam ante quam conciperetur serpens in lecto matris apparuit. Et ipsi paruulo draco circunfusus nihil nocuit. in capitolium intempesta nocte eunti canes nunquã latrauerunt: nec hic qcquam prius cœpit quam in cella Iouis diutissime sedisset: quasi diuinam mentem accepisset decem & octo ãnorum patrem apud Ticinum singulari uirtute seruauit. Clade cãnensi nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupiẽtes sua auctoritate compescuit. Reliquias incolumes ꝑ media hostium castra Cannusium perduxit: uigintiquattuor annorum prætor ĩ hispaniam missus Carthaginem qua die uenit cepit uirginem pulcherrimã: ad cuius aspectũ accurrebatur ad se uetuit adduci. patrique eius ac spõso restitui iussit Hasdrubalem Magonemque fratres Hannibalis Hispania expulit. Amiciciam cum Siphace maurorũ rege coniunxit. Maxinissam in societate recepit. Victor domum regressus. consul ante annos factus concedẽte collega in africam classe traiecit. Hasdrubalis & Siphacis castra una nocte prorupit. Reuocatum ex Italia Hannibalem superauit. Victis carthaginensibus leges imposuit: bello Antiochi legatus fratri fuit. Captum filium gratis accepit a Petillio Atreio. Tri. pl. repetundarum accusatꝰ librum rationum in conspectu populi scidit. Hac die ĩquit uici Carthaginem. quasi bonum factum in capitoliũ eamus & diis supplicemus. Inde in uoluntarium exiliũ concessit. ubi reli.

quam egit ætatem. Moriens ab uxore petiit ne corpus suum Romam referreretur.

Capitu. xxxxviiii.

L. Iuius Salinator: Primo consul de illyriis triumphauit: deinde ex inuidia pecullatus reus ab oībus tribubus excepta Metia cōdemnatus: iterum cum Claudio Nerone inimico suo cōsul ne respublica discordia male administraretur amiciciam cum eo iunxit: & de Hasdrubale triumphauit. Censor cum eodem collega omnes Tribus excepta Metia ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine: quod aut prius se iniuste condemnassent: aut postea tantos honores non recte tribuissent.

Capitu. l.

FLaminius Flaminii: qui apud Transimenum periit filius: Consul Macedoniam sortitus ducib⁹ Charopæ principis pastorib⁹ regem Philippum prœlio fudit castris exuit filium ei⁹ Demetriū obsidem accepit quē pecunia multatū ī regnum restituit. ab Onabide quoque lacedæmonio filium obsidem accepit. Ludos Iunōi Samiæ per præconem pronūciauit. Legatus etiam ad Prusiam ut Hannibalem repeteret missus. Cap. li.

FVluius nobilior ætolos Orethanosque superauit. Vnde ouans urbem introiuit. Conatheos qui bello macedonico interfuerant. Post ad Antiocum defecerant prœliis frequentibus uictos: & in Ambraciam oppidum coactos in deditionem accepit tamē signis tabulisque pictis spoliauit: de quibus triumphauit: quam uictoriam per se magnificā Marcus Ennius amicus eius insigni laude celebrauit. Capitu. lii.

SCipio Asiaticus frater Africani infirmo corpore tamen in africa uirtutis nomine a fratre laudatus: consul Antiochū regem Syriæ legato fratre apud Sypilum montem: cum artus hostiū pluuia hebetate fuissent uicit. Et regni relicti a patre pte priuauit hinc Asiaticus dictus post reus pecuniæ ĩterceptæ: ne ĩ carcerem duceretur Cracchus Tr. pl. intercessit. Marcus Cato censor equū ei ignominiæ causa ademit. Capitu. liii.

ANtiochus Syriæ rex nimia opū fiducia bellum romanis intulit, specie lysimachiæ repetendæ quam a maioribus suis in Thracia quondam romani possidebant. Statimq; græciam insulasq; occupauit: in Euboea luxuria elanguit aduentu Attilii Galabrionis exercitus Termopylas occupauit. unde industria Marci Catonis eiectus in asiam refugit nauali prœlio cui Hánibalem prefecerat a Lucio Aemilio Regillo superatus filium Scipiõis africani quem inter nauigādum ceperat: patri remisit: qui ei quasi pro reddēda gratia suasit ut amiciciam romanam peteret. Antioch⁹ spreto consilio apud Sypilum montem cum Lucio Scipione conflixit. Victus & ultra Taurum mõtem relegatus a sodalibus quos temulentus in conuiuio pulsauerat: occisus est. Cap. liiii.

CNeus Manli⁹ Vulsco missus ad ordinādam Scipionis asiatici ꝓuinciam cupidine triumphi bellum Pisidiis & Callogræcis: qui antiocho affuerant: intulit His facile uictis inter captiuos uxor regis Orgiagontis centurioni cuidam ĩ custodiam data. a quo stuprata ui: de ĩiuria tacuit. Et ĩpetrata redēptiõe marito adulterum centurionem interficiendū

tradidit. Capitulũ.lv.

LVcius Paulus Aemylius filius eius: qui apud Cannas cecidit primo consulatu quẽ post tres repulsas adeptus erat de Liguribus triumphauit rerum gestarum ordinem in tabula pictum publice posuit. Iterũ cõsul Persem Philippi filium apud Samothracas cepit quem uinctum fleuit. & assidere sibi iussit tamen in triumphum duxit. In hac lætitia duos filios amisit: & progressus ad populum gratias fortunæ ægit: quod siqd aduersi reipublicæ imminebat: sua esset calamitate decisũ. Ob hac omnia & a po. & a senatu cõcessum est ut ludis circensibus triumphali ueste uteref. Ob huius licentiam & paupertatem post mortem eius dos uxori nisi uenditis possessionibus non potuit exolui. Capitu.lvi.

TIberius Sempronius Gracchus nobilissima familia ort' Scipionẽ Asiaticũ quãuis inimicum duci ĩ carcerẽ nõ passus prætor galliã domuit consul hispaniã. Altero consulatu Sardiniã. tantumq; captiuorũ adduxit ut longa uenditiõe res in prouerbiũ uẽiret Sardi uenales. Censor libertinos: q rusticas tribus occuparant in quattuor urbanas diuisit. Ob q a populo collega eius Claudius: nã ipsũ auctoritas tuebaf. re' factus. Et cũ Claudiũ cõdemnassẽt Tiberius iurauit se cũ illo in exiliũ ituꝝ. Ita reus absolutus ẽ. Et cũ in domo Tiberii duo angues e gẽiali Toro repsissẽt riso dato. Eũ de dominis perituꝝ: cuius sexus anguis fuisset. Occisus amore Corneliæ coniugis matrem interfici iussit. Capi.lvii.

SCipio Aemylianus Pauli macedonici filius a Scipõe Africão adoptatus ĩ mace

donia cũ pater agens uictũ perſẽ tã ptinaciter
pſecutus ẽ:ut media nocte ĩ caſtra redierit.Lu
cullo in Hiſpaniã legat⁹ apud Intercatiã oppi
dũ ꝓuocatorẽ ſingulari prœlio uicit.Muros ho
ſtiles ciuitatis primus aſcẽdit.Tr.in africa cũ
Tito Mãlio imperatore cohortes octo obſidiõe
uallatas conſilio & uirtute ſeruauit:a quibus
corona obſidionali donatus.Cũ ædilitatẽ pete
ret:cõſul ante annos ultro factus Carthaginem
ĩtra ſex mẽſes deleuit.Numãtiã ĩ hiſpania cor
repta pri⁹militũ diſciplina fame uicit.hinc nu
mãtinus dict⁹.C.Lælio plurimũ uſus ad reges
adeũdos miſſus duos ſecum præter eũ ſeruos
duxit.Ob res geſtas ſupbe Gracchũ iure cæſũ
uideri reſpõdit obſtrepente populo.Taceãt in
qt qbus Italia nouerca ẽ non mater & addidit:
quos ſub corona uændidi.Cẽſore Mũmio col
lega ſeniore ĩ ſenatu ait.Vtinã mihi collegam
aut dediſſetis:aut nõ dediſſetis.Suſcepta agra
riorũ cauſa domi repẽte exanimis ĩuẽt⁹ eſt:ob
uoluto capite elat⁹: ne liuor in ore appareret.
H⁹pr̃imoniũ tã exiguũ ut triginta duas libras
argẽti:duas & ſemilibrã auri reliq̃ret.Cap.lviii

Vllius Hoſtilius Mancin⁹prætor aduer
ſum numãtinos uetãtibus auibus:& ne
ſcio qua uoce reuocãte profectus:cum
ad Numantiã peruẽiſſet.Exercitũ Pompeii ac
ceptũ pri⁹corrigere decreuit:& ſolitudinẽ peti
it.Eo die Numantini forte ſolennii nuptu fili
as locabãt:& unã ſpecioſã duob⁹cõpetentibus
pater puellæ ꝯditiõem tulit:ut ei illa nuberet
q hoſtis dexterã attuliſſet.Profecti iuuenes ab
ſceſſũ romanorũ ĩ modũ fuge ꝑperãtiũ cogno
ſcũt:rẽ ad ſuos referũt.Illi ſtatim q̃ttuor mil
libus ſuoꝝ uigintimilia romanoꝝ ceciderunt.

Mãcinus auctore Tiberio Gracccho quæstore ĩ leges hostiũ fœdus percussit quo per senatũ ĩ pbato: Macin⁹ numãtĩs dedit⁹ nec recept⁹ augurio: ĩ castra ddũct⁹ præturã postea ɔsecut⁹. c. lix

LVcius Mũmius deleta Achaia Achaicus aduersus Corĩthios missus uictoriã alieno labore quesitã intercepit. Nã cum illos Metellus macedõicus apud Heracleam fudisset: & duce Critholao priuasset: cũ lictorib⁹ & paucis eqtibus ĩ Metelli castra pperauit. Et Corinthios apud Leucopetram uicit: duce Dioneo qui domũ refugit: eãq; incendit cõiugẽ interfecit & in ignẽ præcipitauit: ipse ueneno ĩteriit. Mũmius Corinthũ signis tabulisq; spoliauit: qb⁹ cũ totã replesset Italiã in domũ suã nihil contulit. Capitu. lx.

QVintus Metellus Cecilius a domita Macedonia Macedonic⁹ prætor Pseudo philippum qui idem Andriscus dictus ẽ uicit acheos bis prœlio fudit Inuisus plebi ob nimiam securitatẽ & ideo tertio post duas repulsas cõsul ægre fact⁹ Arbacos ĩ hispãia domuit apud Cetebriã oppidũ cohortes loco pulsas redirẽ & locũ recipe iussit. Cũ oĩa pprio & subito ɔsilio ageret & amico cuidã qd actur⁹ eẽt rogãti tunicam inqt meã exurerẽ si eã consiliũ scire existimarẽ. Hic quattuor filiorũ pater supréo tempore hũeris eorũ ad sepulchrũ latus est ex qb⁹ tres cõsulares: unũ ẽt triũphãtẽ uidit. c. lxi.

QVintus Cecilius Metellus nũidicus: qui de Iugurta rege triũphauit Censor Quĩtium q se Tiberii Gracchi filium mentiebaẽ incensum nõ recepit. Idẽ in legẽ Apuleiã per uim latam iurare noluit. Quare ĩ exiliũ actus Smyrnæ exulauit. Claudia deĩde rogatõe re

uocatus: cũ ludis forte litteras in theatro accepisset non eas prius legere dignatus est: quam spectaculum finiretur. Metellum sororis suæ uirum laudare noluit: quod olim is suũ iudicium & leges detrectarat. Capitu. lxii

QVintus Metellus pius Numidici filius: pius quia patrem lachrymis & precib' assidue ab exilio reuocauit prætor bello sociali Quintum Pompediũ marsorũ ducẽ interfecit. Consul in hispania Herculeios fratres oppressit. Sertorium hispania expulit. Adolescens in petitione præturæ & pontificatus cõsularibus uiris prælatus ẽ. Cap. lxiii.

Iberius Gracchus Africãi ex filia nepos quæstor Mancino ĩ hispania fœd' eius flagitiosum probauit. Periculum deditionis eloquentiæ gratia effugit. Tr. pl. legẽ tulit: ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collega intercedente nouo exemplo magistratum abrogauit. Deĩde tulit ut ea familia quæ de Attali hæreditate erat ageref: & populo diuideretur. Deinde cum prorogare sibi potestatem uellet: aduersus auspicia ĩ publicum ꝓcessit: statimq; capitolium petiit manum ad caput referẽs. qua salutem suam populo commendabat. Hoc nobilitas ita accepit: quasi diadema posceretur Segniterq; cessante Mutio cõsule: Scipio Nasica: sequi se iussit: qui saluam rempu. uellet. Gracchum in capitolio persecutus oppressit. Cuius corp' Lucretii ædilis manu in Thiberĩ missũ. Vnde ille Vispillo dictus Nasica ut ĩuidiæ subtraheref per speciẽ legatiõis ĩ asiã ablegatus ẽ. Cap. lxiiii.

GAius Gracchus Pestilentẽ sardiniã quæstor sortitus nõ ueniẽte successore sua sponte

discessit. Asculane & Fragellane defectiõis ĩui diam sustinuit. Tr. pl. agrarias & frumentarias leges tulit. Colonos etiã Capuam & Tarentum mittendos censuit. Triũuiros agris diuidendis se & Fuluiũ Flaccũ: & Caium Crassũ constituit Minutio Rucco. tr. pl. legibus suis abrogante ĩ capitoliũ uenit. Vbi cũ Attilius præco Opimii consulis ĩ turba fuisset occisus ĩ forũ descẽdit: & ĩprudẽs concionẽ a tribuno plebis auocauit. quare accersitus cũ in Senatum nõ uenisset ar mata familia Auentinũ occupauit. Vbi ab Opi mio uict⁹ dũ a Tẽplo lunæ desilit Telũ ĩtorsit & Pontio amico apud portã Trigeminã. P. Lec torio ĩ ponte sublicio persequẽtibus resistẽte in locũ furianæ peruenit. Ibi uel sua uel serui Eufori manu ĩterfectus: caput a Septimio Atel lo amico Gracchi ad Opimiũ relatũ auro expẽ so fertur: propter auariciã infu so plumbo gra uius effectum. Capitulũ. lxv.

MArcus Liuius Drusus genere & eloquen tia magnus sed ambitiosus & superbus ædilis munus magnificẽtissimũ dedit Et ibi Ruminio collegæ quædam de utilitate reipu. suggerẽti. qd tibi ĩquit cũ republica no stra? Quæstor in asia nullis ĩsignibus uti uo luit. ne qd ipso esset insignius. Tr. pl. latinis ci uitatẽ: plebi agros: eqtibus curiã: senatui iudi cia pmisit. Nimiæ liberalitatis fuit. Ipse etiã p fessus nemini se ad largiendũ præter cœlum & cœnũ liquisse. Ideo ꝙ cũ pecunia egeret mul ta cõtra dignitatẽ fecit. Magullã Mauritaniæ principem ob regis simultatẽ profugũ accepta pecunia Bosco ꝑdidit: quẽ ille Elephãto obie cit Adherbalẽ filiũ regis numidarũ obsidẽ do

mi suæ sũpsit. Redemptionẽ eius occulte a pa tre sperãs cœpionẽ inimicũ actõibus suis resi stentẽ: ait se de saxo Tarpeio præcipitaturꝫ. Cõ suli legibus agrariis resistẽti ita collũ ĩ comi tio obtorsit: ut multus sãguis e naribus efflue ret quæ ille luxuria cõprobãs morti iã detru di se dicebat. deĩde ex grã ĩ inuidiã uẽit. Nam plebs acceptis agris gaudbat. Eqtes lætilætabã tur. Senatus ꝓmissis iudiciis exultabat. Sed so cietatẽ cũ eqtibus ægre ferebat. Vnde Liuius ã xius: ut latinorũ postulata differret: q ꝓmissã ciuitatem flagitabãt. Repẽte ĩ publico cõcidit: siue morbo comitiali: siue hausto caprino san guine semianimis domũ relatus. Vota ꝓ illo ꝓ Italiã publice suscepta sũt. Et cũ latini ꝯsulẽ ĩ albano mõte interfecturi eẽnt: Philippũ admo nuit ut caueret. Vnde ĩ sẽatu accusatus cũ do mũ se reciperet immisso inter turbã ꝑcussore corruit. Inuidia cædis apud Philippũ & coepi onẽ fuit. Capitulum. lxvi.

C Aius Marius septies consul arpinas hũi li loco natus primis honoribus ꝑ ordĩ nẽ functus legatus Metello in Nũidia criminãdo cõsulatũ adeptus: Iugurtã captũ an te currꝫ egit: in ꝓximũ annũ cõsul ultro factus Cymbros in gallia apud Aquas sextias Theuto nas in italia in cãpo Sauidio uicit. Deq͡ȝ his tri umphauit. usq͡ȝ sextũ cõsulatũ ꝑ ordinẽ fac᷑. Apuleium. Tr. pl. & Clautiã prætorẽ seditiosos ex senatuscõsulto ĩteremit. Et cũ sulpitia roga tione ꝓuinciã syllæ eripet armis ab eo uictus Mynturnis ĩ pallude latuit. Inuẽtus & ĩ carce rẽ cõiectus ĩmissũ ꝑcussorẽ Gallũ uultus aucto ritate deterruit. Acceptaq͡ȝ nauicula ĩ africam traiecit. Ibi diu exulauit. Mox Cĩnana dñatiõe

reuocat⁹ ruptis ergastulis exercitũ fecit. Cæsis
ꝙ inimicis ultus: septio ꝯsulatu ut quidẽ ferũt
uolũtaria morte decessit. Capi. lxvii.

CAius Marius filius uiginti septẽ ãnorũ cõsulatũ inuasit quẽ honorẽ mater tã ĩmaturũ fleuit. Hic patri sæuicia similis: curiã armatus obsedit Inimicos trucidauit quorũ corpora in Thyberĩ præcipitauit. In apparatu belli ꝙ cõtra Syllã parabat. apud sacri portũ uigiliis & labore defessus sub diuo requit: & absẽs uictus fugæ nõ pugnæ interfuit. Præneste cõfugit ubi ꝑ lucretiũ Affellã obsessus tẽptata ꝑ Cuninulũ fuga cum oĩa septa ĩtelligeret: iugulandũ se Pontio Thelesino præbuit. Capitulũ. lxviii.

LVcius cornelius Cinna flagitiosissimus rempu. summa crudelitate uastauit. Primo cõsulatu ferẽs de exulib⁹ reuocãdis legẽ ab Octauio collega ꝓhibitus & honore priuatus: urbe ꝓfugit. Vocatisꝗ ad pileũ seruis aduersarios uicit. Octauiũ interfecit. Ianiculũ occupauit. Iterũ & tertio ꝯsulẽ se ipse fecit. Quarto cõsulatu cũ bellũ cõtra Syllã pareret Ancõæ ob nimiam crudelitatem lapidibus ab exercitu occisus est. Capitulum. lxix.

FLauius Fimbria sæuissim⁹ qppe cinnæ satelles Valerio Flaccho consuli legat⁹ ĩ asiã ꝓfect⁹ ꝑ simultatẽ dimissus corrupto exercitu ducẽ ĩterficiẽdũ curauit. Ipse correptis ĩpii insignibus ꝓuinciã ingressus Mithridatẽ Pergamo expulit. Iliũ ubi tardius portæ patuerũt ĩcẽdi iussit. Vbi Mineruæ tẽplũ iuiolatũ stetit. qđ diuina maiestate seruatũ nemo dubitauit Ibidẽ Fimbria militiæ prĩcipes securi ꝑcussit Mox a Sylla Pergami oppress⁹ corru

pto exercitu desertus semet occidit.

Capitulum.lxx.

Virinac' genere Luscitan' ob pauptatē pri mo mercenarius: deinde alacritate uec tor: audacia latro: ad postremū dux bel lū aduersū romáos sumpsit. Eorūq; imperato rē Claudiū Mumanū deinde. C. Nigidium op pressit. Pacē a Popilio maluit integer perere: q̄ uictus: & cum alia dedisset: & arma retinerent bellū renouauit. Cœpio cū aliter uincere non posset: duos satellites pecunia corrupit: q Vía cū hūo depositū pemerūt: q̄ uictoria: quia em pta erat a senatu non probata. Cap.lxxi.

Marcus Aemilius Scaurus nobilis paup: ná pater eius q̄uis patricius ob paupta tē carbonariū negotiū exercuit. Idē pri mo dubitauit honores petē: an argentariā facē. Sed eloq̄ntiæ ɔsultus ex ea gloriā pepit. Prío ī hispáia corniculū meruit. Sub oreste ī sardinia stipēdia fec̄ ædilis iuri reddēdo magis q̄ mūeri edēdo studuit. Prætor aduersɔ Iugurtā tñ eius pecūia uictus. Cōsul legē de sūptibɔ & libertío rū suffragiis tulit. Deciū pretorē: trā seūte ipso sedentē iussit assurgere: eique uestem scidit. Sel lam concidit: ne quis ad eum in ius iret edixit cōsul Ligures & Gantiscos domuit: atq; de his triūphauit. Censor uiam Aemyliam strauit. Pō tem miluiū fecit. Tātumq; auctoritate potuit: ut Opimiū cōtra Gracchū. Variū cōtra Glau ciā: & Saturninū priuato cōsilio armaret. Idē filiū suum qa presidiū deseruerat in cōspectū suū uetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortē sibi consciuit. Scaurus senex cum a Vario. Tr. pleb. argueretur: quasi socios & Latium ad arma coegisset. apud populum ait. Varius ue

ronensis Aemilium Scaurũ ait & socios arma coegisse. Scaurus negat. Vtri potius credendum putatis. Capitu. lxxii.

Vcius Apuleius Saturninus t. pl. seditiosus ut grãm Marianorũ militũ pararet legẽ tulit: ut ueteranis cẽtena agri iugera diuiderentur in africa. Intercedẽtẽ Bebium collegã facta p populũ lapidatiõe submouit: glautiæ prætori: qꝫ is eo die: quo ipse cõcionẽ habebat ius dicẽdo partem populi aduocasset sellam concidit: ut magis popularis uideretur. Quẽdam libertini ordinis subornauit: q se Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad hoc testimoniũ Sempronia soror gracchorum ꝓducta: nec precibus: nec minis ad duci potuit: ut dedecus familiæ agnosceret Saturninus Aulo Mũmio Competitore interfecto tr. pl. refectus. Siciliã. Achaiã. Macedoniã nouis colonis destinauit: & aurũ dolo an scelere Cœpionis partũ ad emptõem agrorũ cõuertit: aqua & igni ĩterdixit ei q leges suas non iurasset. Huic legi multis nobilibus abrogantibꝰ cũ tonuisset clamauit. Iam ĩqt nisi qescitis grãdĩabit. Metellus Nũidicus exulare quam iurare maluit: Saturninus tertio tr. pl. refectus ut satellitem suũ Glauciam prætorẽ faceret Mũmiũ Cõpetitorem eius in cãpo Martio necãdũ curauit: Marius senatusconsulto armatus: ne qd respu. detrimẽti caperet: quo cẽleref darẽt operã cõsules Saturninũ & Glauciã in capitoliũ ꝓsecutus obsedit. Maximoqꝫ questu incisis fistulis ĩ deditiõem accepit. nec deditis fides seruata est. Glauciæ fracta ceruix Apuleius cũ ĩ curiã fugisset: lapidibꝰ & tegulis deiup ĩterfectus ẽ. Caput eius Rauiriꝰ qdã seator ꝑ cõuiuia ĩ ludibriũ circũ tulit. Cap. lxxii

LVcius Lycinius Lucullus nobilis disert⁹ & diues munus quæstoriũ amplissimũ dedit. Mox per Murenam in asia classẽ Mithridatis & per Ptolemæũ regẽ alexandriæ consuli Syllæ cõciliauit. Prætor africã iustissime rexit. Aduersum Mithridatẽ miss⁹ collegã suũ Cottã calcedoniæ obsessum liberauit. Cizicon obsidõne soluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit. eumq̃ regno suo ponto expulit: quem rursũ cũ Tigranne rege Armẽiæ subueniente magna felicitate superauit. Nimius ĩ habitu maxime signorũ & tabularũ amore flagrauit. Post cum alien a mente desipere cœpit: tutela eius Marco Lucullo fratri permissa est.

Capitulum. lxxiiii.

COrnelius Sylla in fortũa felix dict⁹: cũ paruulus a nutrice ferreretur mulier obuia: salue inquit puer: tibi & reipublicæ tuæ felix: & statĩ quæsita: quæ hæc dixisset nõ potuit ĩuẽiri. Hic quæstor Marii Iugurtham a Bocho in deditione accepit. Bello Cymbrico & Theutonico legatus bonã operã nauauit. Prætor inter ciues ius dixit. Prætor cyliciã prouinciã habuit. Bello sociali samnites Hirpinosq̃ supauit ne monumẽta Bochi tollerent Mario restitit. Con sul asiã sortitus: Mithridatẽ apud Orchomenã & Cheroniã prœlio fudit. Archelaũ præfectũ eius Athẽis uicit. Portũ pirrhæũ recepit: Medos. Dardãos ĩ itinere supauit. Mox cũ legatione sulpitia imperiũ eius transferretur: ad Mariũ ĩ Italiam regressus corruptis aduersariorũ exercitibus Carbonem Italia expulit. Marium apud portum Thelesinum apud portã collinã uicit. Mario Præneste interfecto felicem se edicto appellauit. Proscriptionis ta

bulas primus proposuit. Nouem millia dedito rũ in uilla publica cecidit. Numerũ sacerdotũ auxit. Tribuniciã potestatem minuit. Republica ordinata dictaturã deposuit Vnde spe deceptus puteolos cõcessit. & morbo: qui Tiriasis uocatur interiit. Capitu. lxxv.

MIthridates rex Ponti oriundus a septẽ psis: magna ui animi & corporis: ut sex iuges equos regeret qnquagĩta gẽtiũ oĩ loqref Bello sociali dissidẽtib' rõanis: Nicomedẽ Bithymia: Ariobarzenẽ capadocia expulit. litteras per totã asiã misit: ut qcũq romanus esset certa die interficeref: & factũ est. Græciã insulasq oẽs: excepta Rhodo occupauit. Sylla eũ prœlio uicit. Classẽ eius proditiõe Archelai intercepit. Ipsũ apud Dardanũ oppidũ fudit: & oppressit: & potuit capeř: nisi aduersum Mariũ festinans: qualẽcunq pacẽ cõponere maluisset. Deinde eũ argis resistentẽ Lucullus fudit Mithridates post a Pompeio nocturno prœlio uictus ĩ regnũ cõfugit: ubi per seditionẽ popularem a Pharnace filio in turre obsessus uenenũ sumpsit. Cũ id tardius biberet. quia aduersũ uenena multis antea medicãinibus corpus firmarat immissũ pcussorem Gallũ cito cum auctoritate uultus territum reuocauit: & in cædẽ suam manũ trepidantis adiuuit. Ca. lxxvi

CNeus Pompei' magnus bello ciuili Syllæ partes secut' ita egit: ut ab eo maxime diligeretur. Siciliã sine bello a proscriptis recepit Numidiã hyarbæ ereptam Maxinissæ restituit. Viginti sex annorum triumphauit. Lepidum acta Syllæ rescindere uolẽtẽ priuatus Italia abrogauit. Prætor in hispani

am p cōsulibus missus Sertoriū uicit Mox piratas intra quadragesimū diē subegit. Trigrannē ad deditionem Mithridatem ad uenenū cōpulit. Deinde mira felicitate rerum in septentrionem. Albāos. Colchos. Eniochos. Caspios. Hiberos. Nunc in orientē. Parthos. Arabes atq́ iudeos cū magno sui terrore penetrauit. Primus in hyrcanū rubrū & Arabicū mare usq́ peruenit. Moxque diuiso orbis imperio: cū Crassus Syriam. Cæsar. Galliā. Pompei9 urbē obtineret. Post cædē Crassi Cæsarē dimittere exercitum iussit Eius infesto aduentu urbe pulsus in Pharsalia uictus ad Ptholemæum regē Alexādriæ fugit. Huius lat9 sub oculis uxoris & liberorū: a Phothyno ptholemæi præfecto mucrone confossū est. Iamq́ defūcti caput præcisū gladio: quod usq́ ad ea tēpora fuerat ignoratū. Truncus Nilo iactatus a Seruio Codror ogo īiustus humat9 que est. In scribendo in eiusdē sepulchro.

Hic positus est magnus. P. caput ab achilla satellite Aegyptio: uelamine īuolutū cū anulo Cæsari præsētatū ē. Qui nō cōtinens lachrymas illud plurimis & pretiosissimis odoribus cremandum curauit.

DE REBVS PRAECLAE GESTIS VIRORVM ILLVSTRIVM.

Roman as acies regū que illustria facta
Si cupis: hoc sumas: fac breue lector opus.
Quod breue sit quāuis ingentia pondera rerū
Continet & ueterum fortia facta uirum

